



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 24. Historia de nova Missalis Slavonici editione hoc anno Romæ
adornata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](#)

Sæc. XVIII. structione & ipsomet Canonisationis atque
A.C. 1741. fiunt, idem summus Pontifex pro more
 suo eruditissime egit in celeberrimo suo
 opere de Servor. Dei Beatificatione doc-
 tom. 1. lib. I. cap. 46. Insuper eadem
 die unanimi S. Collegii Cardinalium
 consensu modum in eorum exequiis ob-
 servandum præscripsit.

§. XXIV.

Historia de nova Missalis Slavorum edi-
tione hoc anno Romæ adornata.

Jam saeculo reparati Orbis nono De-
 matæ seu hodie Illyrici populi accep-
 tæa Slavi fidem Christi amplexationem
 in eaque usque ad hodiernam diem in
 moto perseverarunt studio. Utebamur
 hi populi in Missis ritu latino, & re-
 tabant orationem Dominicam in Slo-
 nicum idioma conversam. Sanctus Mo-
 thodius quoque, cuius labore Apollonius
 co hæc gens in Christum credere ce-
 rat, a Sede Pontificia impetrabat,
 Slavis Sacerdotibus rem Divinam
 crientibus lingua Slavorum utili-
 cum vero Romani Pontifices posse
 dum ad hanc gentem Clericos non
 latinæ linguae gnos ad Episcopatus
 & sacerdotium promoveri jubera-
 hinc Sacerdotes in Divinis officiis Sa-
 vonico idiomate uti desinebant: quod

imo in Synodo Spalatensi. I. sub Ale- Sæc. XVIII.
 xandro II. Papa, condito decreto san- A. C. 1741.
 citum fuit, ut nullus de cetero in lin-
 gua Slavonica præsumeret Divina offi-
 cia celebrare, sed Latinus in Latina,
 Græcus in Græca. Reclamabant ta-
 men vehementer Slavi Episcopi, Pres-
 byteri & Clerici: postea etiam Joannes
 VIII. Papa Moravis concesserat, ut Ro-
 manum ritum colerent, sive demum la-
 tino sive Slavico Sermone uterentur:
 unde etiam Slavi omnes in Dalmatia &
Illyrico latinum ritum observarunt, & ab
 illo usque tempore Slavo-latinum ritum
 usurparunt, quem usum etiam Innocen-
 tius IV. Papa lib. 5. Epist. 753. anno
 1248. auctoritate sua ratum habuit;
 quocirca jam saeculo decimo quarto
 Missalia & Breviaria Slavonico idioma-
 te ac literis Hieronymicis juxta ritum
 latinum scripta visuntur. Econtrario
 autem Slavi in Suecia, Dania aliisque
 regionibus, ubi Episcopos Latinos a
 Sede Apostolica acceperunt, latino i-
 diomate usque ad hodiernum diem Di-
 vina peragunt officia, id eis præcipiente
 Gregorio VII. l. 7. epist. II. ad Uratis-
 laum Bohemiæ Ducem.

Cum autem sensim partim tempo-
 rum injuria, partim quorumdam insci-
 tia & literalis idiomatis Slavici igno-
 ran-

Sæc. XVIII. rantia in Breviarium, Missale, Sacra-
 A. C. 1741. mentorum Rituale, aliosque libros liturgicos non pauci iisque crassi errores reperent, hinc anno 1590. Franciscus Barbarus Patriarcha Aquilejensis, quod usum linguae Slavonicæ in Divinis solere nitebatur, celebrata Synodo precepit, ut saltem hi libri illyrice vel Slavonice impressi a Viris æque doctis et piis hujusque idiomatis probe gnosis alterter revideantur atque emendemur. Verum huic operi serio laborem impensum, non invenio; quippe maximum circa annum 1620. Urbanus VIII. Missale Illyricum juxta Missale Romanum emendari, sicque recognitum charactere S. Hieronymi (*) vulgo nucleato ac idiomate Slavonico typis curavit. Postea Innocentius X. Breviarium quoque Slavonicum eodem charactere, & ad normam Breviarii lati impressum anno 1648. approbavit, quodemum typis S. Congregationis de Propaganda anno 1688. rursus editum est. Denique eadem S. Congregatio

(*) Falsa est traditio flavorum, quod Hieronymus literas speciales lingue Slavicae adinvenerit; eas enim a S. Cyrillo, fuisse cogitatas res est certo certior, has vero a Christianis omnino diversas esse, non minus certum est.

thæo Caramano Jadrensi Archiepisco-Sæc. XVIII.
po, qui Illyricum seu Slavonicum idio- A. C. 1741.
ma optime callebat, negotium dedit,
ut Missale Slavonicum, quod nec a vul-
garibus Slavonici sermonis vocabulis
satis expurgatum, nec Missali Romano
prorsus conforme erat, quam emenda-
tissime concinnaret. Hujus quoque ce-
leberrima editio hoc anno præfatæ Con-
gregationis prelo omnibus numeris ab-
soluta prodiit, & quidem rejecto vul-
gari Illyrico in lingua *literali* Slavonica.
Observandum enim est, magnum esse
discrimen inter Slavicam linguam *vul-
garem*, & *literalem* seu *scripturalem*, quam
Slavi etiam *Buchuizam* vocant. Hæc
enim nonnisi per regulas disci potest, &
a rudioribus nec recte intelligitur, nec
recte pronuntiatur, ex qua tamen par-
tes reliquæ Dialecti profluxerunt. Hac
quoque SS. Cyrilli & Methodii ævo
omnes Slavi utebantur, & ipse S. Cy-
rillus illam ad S. Scripturæ versionem,
& S. Methodius permittente Joanne
VIII. illam in Divinis officiis usurpabat,
ac etiamnum Russi seu Græco-Mosci
illa lingua in suis sacris ac liturgicis
actibus utuntur, sicut nostri latino ser-
mone. *Vulgaris* vero est, quæ promi-
scue a vulgo usurpatur, & omnibus Illy-
ricis seu Slavis nota est.

E e 4

Cum

Sæc. XVIII. Cum ergo ex Sacræ Sedis induit
A.C. 1741. Dalmatis & Slavis sacra officia in li-
gua literali celebrare permisum esset,
hinc Spalatensis Synodus jam anno 1683.
suos Clericos impense hortabatur, ut
Arbicularium (seu Dictionarium Illyri-
cum) probe & perfecte calleant, & in
Illyrico literali idiomate, quo Missale
& Breviarium erant conscripta, sepe
peritis Sacerdotibus imbui current, &
eius ab Ordinibus arcendi. Non de-
erant tamen, qui progressu temporis
literalis hujus linguae difficultate
sterriti, vel Latinis contradicendi
ritu abstracti, Divina officia intermixti
vulgari sermone precibus, psalmis
depravare præsumerent, hinc contra
eos Præfulum vigilantia ad tollendum
hosce abusus semper intenta erat, et
vel maxime de caussa, quod jam de-
dum Urbanus VIII. & Innocentius XI.
Missale & Breviarium illyrico sermone
id est, literali Slavonico edere jussisse
& Successores disertis verbis vetuissent
ne in lingua vulgari seu alia dialecto
cra fierent. Id autem omnino contra
me erat veterato Romanæ Ecclesiæ
sui, necnon Tridentinæ Synodo, que
Sess. 22. cap. 8. Can. 9. præcepit, ut
retento ubique cujusque Ecclesiæ antiquo
est a S. Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum
Matre est Magistra probato rite
Missale

Missa vulgari passim lingua non celebra- Sæc. XVIII.
retur. Ea de caufsa Benedictus XIV. A. C. 1741.
Pontifex Maximus quarto decimo Pon-
tificatus sui anno idioma Slavum lite-
rale in Missa aliisque Divinis officiis ad-
hiberi præcepit, edita celebri hac Con-
stitutione:

„Ex pastorali munere, quo Roma-
„ni Pontifices Catholicæ præsunt Eccle-
„siæ, eamque moderantur, consueve-
„runt Prædecessores nostri vigilem nava-
„re curam, ut in Sacris peragendis, suos
„unaquæque Natio legitime inventos ri-
„tus religiose custodiat, ejusque idioma-
„tis uniformitatem retineat, quo illius
„respective Majores in Missæ Sacrificio
„Divinisque officiis usi dignoscuntur;
„prohibentes, ne quid a prisca lingua
„vulgaribus licet dicendi formulis im-
„mutata, deflectatur, omnemque ad-
„hibentes operam, ut abusus proceden-
„tibus temporibus invalescentes eradica-
„rent. Cum itaque ex fide dignorum
„testimonio acceperimus, in ritum Sla-
„vo latinum, quem felicis recordatio-
„nis Prædecessor Noster Jo. Papa VIII.
„fideli & religiosæ Nationi Illyricæ, una
„cum idiomate, quod nunc Slavum li-
„terale appellant, & characteribus,
„quos Hieronymianos dicunt, adhiben-
„dum concessit, & successivis tempori-
„bus

Sæc. XVIII. A. C. 1741

„bus recolendæ memoriae Prædecesso-
 „res pariter Nostri Urbanus VIII. & In-
 „nocentius X., dum Missale & Brevi-
 „arium eodem idiomate, & characteri-
 „bus excudenda typis traderentur, ite-
 „ratis vicibus confirmarunt; nonnulli
 „irrepere abusus, Apostolicae Sedis in-
 „tentionibus institutisque contrarios
 „perniciosa aliquorum libertate, qui se-
 „dant Missas, insertis orationibus &
 „precibus Slavo vulgari sermone co-
 „scriptis, componere, Initium quoque
 „Evangelii secundum Joannem, & Pa-
 „mum Lavabo, eadem vulgari lingua de-
 „tinisque characteribus impressa, nulli
 „desuper a Nobis facultate & approba-
 „tione præobtenta sibi, aliisque Sacra-
 „dotibus legenda proponere: Idcirco si
 „hujusmodi abusus, qui eundem ritu
 „miscere ac perturbare facile posset, in-
 „tius progrediatur; postquam aliis No-
 „bis editis Constitutionibus, nimirum
 „quinquagesima septima, cui initium
 „Etsi pastoralis, & octogesima septima
 „incipiente: Demandatum cœlitus, quod
 „exstant in Bullarii Nostri Tom. I. p. 170
 „& 290 Græcorum Rituum conser-
 „tioni, & integritati, pro Italo Græco
 „rum, & Græco Melchitarum Natione-
 „bus, abunde providerimus; eamde-
 „nunc sollicitudinis Nostre curam ad
 „lyricam Nationem convertentes,

„prema qua fungimur Apostolica aucto- Sæc. XVIII.
A. C. 1741.
ritate, volumus, præcipimus, atque
„mandamus, ut Ecclesiastici omnes Sa-
„cerdotes tam seculares, quam cujus-
„cumque Ordinis, aut Instituti Regula-
„res, qui Ritum Slavo-latinum profi-
„tentur, in Augusto Altaris sacrificio,
„& in Horis Canonicas, aliisque Divi-
„nis officiis persolvendis ac obeundis,
„Missalia, Tabellas, & Breviaria cha-
„racteribus Hieronymianis impressa ty-
„pis Congregationis Propagandæ Fidei,
„quæque imposterum ibidem imprimen-
„tur, non sine præviis opportunis revi-
„sionibus & approbationibus, aliisque
„diligentiis hucusque adhibitis & dein-
„ceps adhibendis a Viris doctis, & Sla-
„vo-latinum idioma, ac Hieronymia-
„nos characteres apprime callentibus,
„quemadmodum per plura anteacta sæ-
„cula ab Illyrico Clero servatum studio-
„se fuit, ita deinceps omnino adhibere
„debeant, & teneantur: utque in poste-
„rum nemo ex prædicto Clero, in Mis-
„sis celebrandis, aut in Divinis officiis
„persolvendis, orationes & preces, quæ
„nostra & Apostolicæ Sedis auctoritate
„examinatæ non fuerint, & approbatæ,
„recitare, aut quoquo modo adhibere
„audeat, seu præsumat. Quocirca Ve-
„nerabilibus Fratribus nostris Archie-
„piscopis, & Episcopis, in quorum Diæ-
„cesi-

Sæc. XVIII. „cesibus Ritus Slavo-latinus viget, com.
A.C. 1741. „mittimus atque injungimus, ut pro
„zelo & sollicitudine, qua tenentur co-
„reditis sibi ovibus præesse & sac-
„rum Ecclesiæ Rituum integrati-
„vigilare, sedulam exactamque hujus
„Nostræ voluntatis ac districti præcep-
„executionem curent atque urgeant
„ac uovitates omnes, irreptosque que-
„libet abusus eliminent, adhibitis eis
„caciōribus remediis a sacris Canonib-
„in pervicaces & refractarios indicis
„milia vero successivis temporibus te-
„tentari minime patientur. &c. De
„tum Romæ apud sanctam Mariam Me-
„jorem Anno Incarnationis Domini
„Millesimo septingentesimo quinque-
„simo qua to decimo octavo Kalenda
„Septembbris, Pontificatus Nostri Ann.
„quarto decimo.

§. XXV.

*Status Missionum in Indiis Orientali-
talibus.*

Postquam Joannes I. Lusitaniæ Rex in
eunte saeculo decimo quinto barba-
ris Indiarum gentibus Crucis trophaeum
intulerat, ager ille Dominicus perinde-
fessos veritatis Praecones eximie cul-
tus, uberrimos fidei fructus protulit:
plurima in variis Provinciis ercta fue-

De